



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Consiliū mage sume meū, mentesq; supernis  
 Infere, & erectos in cœlum porrige sensus.  
 Namq; id quod vetitū formidas tangere pomū,  
 Scire dabit quæcunq; pater secreta reponit.  
 Tu modo suspensos tantū ne contrahe tactus;  
 Ne captiuā diu frenetur lege voluntas.  
 Namq; vbi diuinum libaueris ore saporem,  
 Mox purgata suo faciet tua lumina visu  
 Aequiparare deos sic sancta vt noxia nosse,  
 In iustū recto: uero discernere falsum.

## C A P V T VIII.

**T**Alia fallaci spondentem dona susurro  
 Credula submisso miratur fœmina uultu.  
 Et iam iamq; magis cunctari, & flectere sensum  
 Incipit, & dubiā lœto plus addere mentem.  
 Ille vt vicino victimam discrimine sensit,  
 Vnum de cunctis lœtali ex arbore malum  
 Detrahit; & secū nutanti protinus offert.  
 Nec spernit miserū mulier male credula munus  
 Sed manibus pomū ignarīs lœtale retractans,  
 Naribus interdū labijsq; patentibus vltro  
 Iungit, & ignorans ludit de morte futura.

c § Caput